respondit, ratione uxoris ad se potius pertinere. Ad huius
autem litigii discussionem ad singulare certamen se
invicem requirunt,ˣ et Vasconiam eligunt, ubi et convenisse ˣf. 169'
dicuntur. Sed rex Aragonum occulto veniens, comperto quod
ibi tutus non esset, premissa protestatione, recessit. Alii
dicunt eum in termino nunquam comparuisse. || Ipso
tempore papa legatum mittit ad regni custodiam — a) deest
dominum Gerardum deᵃ Parma, et eo existente Nea- — b) neapol c
poli, ~~venit~~ᵇ supervenit Rogerus de Loria, admiratus
regis Aragonum, et quasi in portu Neapolisᵇ existens, — militia c
prope videlicet ad milliaria VII, clamoribus et signis illos
ad navale bellum excitat. Tunc regis filius vocatus et
ipse Karolus, qui patri successit in regno, gentem suam
galeas ascendere iubet, reclamante legato, et facto con-
gressu pugnat acriter cum paucis galeis; ~~??~~ XVII cum in-
galeis suis per fraudem nautarum revertentibus Neapo-
lim, in quibus ~~erat~~ nobiles erant et strenui pugnatores,
filius regis sua minutus potentia, multa inimicorum
strage edita, vinctus in Siciliam ducitur. || Quarta itaque
die sequenti rex Karolus Neapolim applicat, meditatam
defectionem cognoscens civium, Gallos in eos quasi
nescius sevire permisit, et tandem congregato exercitu:
Gratulandum, inquit, de capto filio, non dolendum, quodᵃ — a) q
una sacerdote amisso, qui secum impediebat regimen
victoremque bellandi, et nullo lamento facto, versus
Calabriam pergit, ubi comes Attrabattus viriliter se gesserat,
Farum Messane transire cupiens et civitatem obsidere.
Sed quod rex inceperat, tunc perficere non valuit, sedᵇ
partem navigii in portu locat Brundusii, ~~ne~~ flatus vasten-
tur yemis, partem ad passus custodiendo disponit. || Ipso
anno papa processum facit contra regem ~~Aragonum~~
ipsumque ~~de~~ a regno deponit et ab omni dignitate
eaque tradit regi Francie pro Karulo secundo ~~filio~~
dicti regis. Totumque regnum Aragonum supponit
gravissimo interdicto. || Eodem anno inchoata est guerra
inter Ianuenses et Pisanos. || Tunc rex Karolus continua
gravi corripitur et universe carnis debitum solvit.
O quantum huic regi fortuna in primis arrisit, sedᵇ ᶜ — b) bis scr.
quomodo in fine risum convertit in luctum, sic — c) quo
lubrica versat fortuna vices et ludit in humanis
divina potentia rebus. || Mortuo rege, receptis prius eccle-